



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Hilaria, siue Evphronae
Pantheae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1422

XXXV. Ad IOan. Christophorum Lucium Consil. VVirteberg.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12386

XXXV.

Ad Ioan. Christophorum

Lucium Confil. VVirteberg.

*Dum sapit, & prudens est mens: sibi temperat,
Spernit voluptates malas, (atque
Quòd si præstigijs quasi mens sopita fatiscit:
Insanit, atque desipit.*

*Luxuriam comitem tunc imprudentia, LVCI,
Blandum sibi malum vocat.*

*Sic mentis perit ipsa salus. moderatio quippe
Mentis salus est vnica.*

XXXVI.

Nicodemo Frischlino.

*Qui malè rem gerit, hic insauus, cætera sanus
Sit licet: at benè qui, sanus habetur homo.*

XXXVII.

In Valentium.

*Corpore quò valeas: facis omnia fersque VA-
(LENTI:*

Vt valeas animo: fers nihil, atque facis.

Sanctior hæc pars est, diuinæ portio mentis:

Et precium pars hæc corpore majus habet.

Si Corpus sanum, si mens insana sit: an non

Languet, & est totus sic malesanus homo?

Orandum est, vt sit mens sana in corpore sano:

Aut saltem mens vt sana sit vna tibi:

B Ad